

vitandę fornicationis, vel prolis, dicunt vacare culpa, si verò causa voluptatis, esse culpam lethalem. Sic Goffredus summatit. de matrimo. contracto contra interd. Eccl. nu. 3.

Cetero aduerfus vtramq; sententiã, mihi persuasum nullã esse prohibitionem consummandi tunc matrimonium, ratione illius temporis, quare etiam primam consummationẽ vacare proffus culpa ex hac parte, nisi alia circumstantia mala vestiatur: tunc enim erit culpa iuxta qualitatem circumstantiã, qualis esset quouis alio tempore, quo eadẽ mala circumstantia cõcurreret. Ducor, quippe nulla est prohibitio talis consummationis. Textus enim nu. 11. allegati solam benedictionem nuptialem, traductioneq; spõsã eo tempore prohibet: nec traductio interdicitur causa vitandę copulę, sed propter vanã lætitiã signa illã comitari solita, quare temporis illius sanctitatem dedecet (vt probauit, nu. 16. & 18.) Deinde, quia si ob temporis reuerentiam prohibita esset tunc consummatio, non minus sanctitati illius detrabitur per primam consummationem, quam per frequentes, & siue spõsa sit benedicta, siue non. Cũ tamẽ Doctores cõtrarij in hoc duplici casu copulam excusent. Tandem, quia tẽpore orationi dicato multo verior sententia est, vacare culpa copulã cõiugalem, & solum esse consilium tunc abstinere, vt dicemus lib. 10. tota disput. 12. Et ideo hanc sententiam sustinent (sicẽ nõ ita expressẽ, at valde faueant,) D. Thom. 4. d. 32. q. vnica, artic. 5. quæstiuncula. 4. ad. 2. & Turrec. non oportet, el. 1. 3. q. 4. artic. 1. n. 1. ad. 3. vbi admittit indistinctẽ esse licitissimõs tẽporibus petere, & reddere. Et tenent

expressẽ Petrus de Soto lect. 14. de matr. 5. huic proximi est. Nau. summa Latina. c. 22. nu. 71. & Hispana. c. 28. additione ad c. n. quauis Hispana. c. 22. n. 71. solũ explicuerit non esse mortale. Antonius Cucus lib. 5. inst. maiorum, tit. 12. n. 10. Causalcan. in suis decis. 2. p. decisione. 12. de contractibus, in ordine. 8. n. 17. Bellarm. lib. 1. de matr. c. 31. ad finem. 8. in altero. Vega. 2. tom. summa. c. 34. casu. 179. Philiar. de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Emmanuel Saffumma verò matrimoniũ, vbi de impedimentis non dirimentibus. n. 2. Ludouic. Lopez 2. p. instruct. de matrimonio. c. 46. fine. Et clarẽ sentit Petrus de Ledelm. de matr. q. 58. art. vnica. columna penultima, dicit enim omnia esse licita eo tempore præter traductiõẽ vxoris, nuptiarum benedictionẽ, & coniuuij celebritatem. Ex quo clarẽ inferitur petenti tunc debitum non posse opponi exceptionem temporis, sed ea non obstãti esse sub præcepto reddere.

Ad argumenta num. 21. proposita respondetur. Ad primum dic, non eam esse rationem, sed vt vana, & festiua lætitię signa vitentur, vt probauit nu. precedenti. Ad secundum dic, eam pœnam non imponi eodẽ quod consummatum fit matrimonium eo tempore, id enim non est prohibitum, sed quia nuptię sunt benedictę, & sponsa solemniter traducta: nec eam pœnam excedere culpę quantitatem: quin potius cõm coniuges circa matrimonium deliquerint, meritõ ipsius matrimonij separatione ad tempus puniuntur. Ad tertium negandum est id prohiberi tempore orationis, vt numer. præcedenti diximus.

DISPUTATIO OCTAVA.

An tempore interdicti, & cessationis à diuinis, liceat matrimonium inire, ac nuptias benedicere:

SVMMARIVM.

Resertur opinio asserens matrimonium non posse contrahi tempore interdicti, nu. 1. Potest licitẽ contrahi, nu. 2. Tempore cessationis à diuinis potest matrimonium, & quacumq; alia sacramenta celebrari possunt, quæ interdicti tempore sunt permissa, nu. 3. Validum est matrimonium contractum tempore interdicti, nu. 4.

Contrahentibus specialiter & personaliter interdictis, licitum est inire matrimonium, numer. 5. An possint Sacramenta permisa tempore interdicti, ministrari in Ecclesia specialiter interdicta, nu. 6. Possunt denuntiationes matrimonij tempore interdicti fieri, nu. 7. Soluuntur argumenta, nu. 8. Resertur sententia docens posse benedictio-

nes nuptiales tempore interdicti conferri, nu. 9. An illa, quæ dicitur in interdicto non possunt tunc conferri, nu. 10. An possint hodie & benedictiones, & cetera officia, Ecclesiastica celebrari, seruata moderatiõne, c. alma mater. de sent. excom. in 6. no. ad sponsi habeant diploma. nu. 11. An id habeat verum in speciali interdicto loci, an etiam in generali, nu. 12. An illa moderatiõne liceat extra Ecclesias tempore interdicti, benedictiones nuptiales, & alia officia diuina peragere, nu. 13. An possint similiter ea omnia tempore cessationis à diuinis, eum illa moderatiõne celebrari, nu. 14. An in festiuitatibus in quibus iure suspenditur interdictum, liceat publice, & solemniter benedicere nuptias, & cetera officia celebrari, nu. 15. An si tempore interdicti benedicantur nuptiæ die Natalis Christi, vel Paschalis, contra regulam interdicti, & incurritur irregularitas aduersus contrahentes, lita: vel solius præcepto in eo dicenti eo tẽpore benedictiones? Et similiter, an obligatas ex voto, vel irregulari constitutione ad carniũ abstinentiam, peccet aduersus ius commune prohibens usum illarum feria sexta, si illis vescatur feria sexta, in qua in idit Natale Dominice. Et explicatur e finale de obseruat. ieiun. & an sublato voto per dispensationem, vel irrationem, vel prelatõ dispensante in constitutione, liceat vesci, nu. 16. An liceat in prediõs festiuitatibus officia non propria diei peragere, ac nuptias benedicere non celebrata missa propriis diebus, nu. 17. An liceat in eisdem idem officia, tempore cessationis à diuinis, & vel si Ecclesia sit speciali interdicto supposita, nu. 18. Num siue vir, siue femina interdicti sint, liceat illis benedictiones recipere in loco non interdicto, nu. 19. Satisfit argumentis. Et enodatur regula accessorium de regulis iuris, in 6. nu. 20.

¶ Vplex inuoluitur questio disputanda in presenti disputatione. Prior est de matrimonio tempore interdicti celebrado. Posterior de benedictionibus nuptialibus eodem tẽpore conferendis. Circa priorem quæstiõnem, sentiunt aliqui nefas esse tempore interdicti matrimonium contrahere, lectus de spõsalibus. Ducuntur, quod nulla tempore interdicti sacramenta ministrari possint, præter excepta. c. alma mater, quod est finale,

verũ nulla, de sent. excom. in 6. Nem facta generali prohibitione, id omne veritẽ censetur, quod expressẽ cõcessum minimẽ reperitur. Clem. 1. 5. porto vers. nam vbi, de verb. signifi. At matrimonium excepti non est. Et confirmatur, quia sicut eodem. c. finali excepta sunt sacramenta penitentia respectu eorũ non agnorum, & iure alio excepta, nisi mirum, baptisimus, & confirmatio, & Eucharistia per modum viatici. c. non est, de sponsal. & c. quod in re, de penit. & remiss. similiter si matrimonium concessum esset, exciperetur. Secundum, quia rationes ob quas præfata sacramenta tunc permittuntur, cessant in matrimonio. Cũ ex negatiõne matrimonij minime subtrahatur Ecclesijs debitõ honor, nec hæreses pullentur. Quæ sunt rationes assignatæ. d. c. finali eodẽ vel maxime quod si necessitas in eundẽ matrimoniũ occurrat, possit id extra locũ non interdictum, commodõ fieri: ac proinde non est cur in loco interdicto cõcedatur, argumento. c. si sententia. 5. ceterum, de sent. excom. in 6. Tandem, quia hodie cõm matrimonium absque parochi presentia consistere nequeat, parochus quodammodo est minister. At parochi interdictum est eo tempore: quare sacramenta ministrare, demptis penitentia, & Eucharistia mortentibus, ac baptisimus. Et ideo huius sententię est Vgolius de cõmissuris, vbi de interdicto, tabula. 5. c. 7. 5. inu. 1. & c. 10. 5. inu. 1. Verum absq; dubio dicendum est posselicitẽ matrimonium iniri tempore interdicti. Constat ex c. capellanus, de ferijs, vbi habetur eam esse Romanã Ecclesiã constitutum vt matrimonium quocumq; tẽpore contrahatur. Deinde, quod ea sola sacramenta censentur tempore interdicti vitia, quæ purẽ sacramenta sunt, & omnino spiritalia. At matrimonium est contractus quidam naturalis, cui per accidens adrexit Christus dominus sacramenti ratione. Pio hac sententiã citatur communiter Glossa. c. alma mater. verb. sacramentis, de sentent. excom. in 6. at id non dicit expressẽ, sed validum esse matrimonium eo tempore iniri: ut id inuuit, cùm sermo ibi habeatur de permisis tempore interdicti. Et tenent expressẽ Innoc. c. non est, in fine, de sponsal. & ibi Host. fin. Ioan. Andreas nu. 5. Anton. nu. 10. Abb. nu. 8. Cardinatis. n. 4. q. 1. Præposuit. 7. Alexander de Neuo. n. 2. 1. & sequenti Anchar. fin. & d. c. alma mater. n. 1. 10. vbi Fracus in principio. nu. 3. Calderin.

de interdicto, membro. 6. §. viſo de effectu interdicti, Roſella interdictum 2. nu. 7. Angelus interdictum 6. nu. 30. Sylu. interdictum 5. q. 7. n. 9. exceptione. 5. Armilla verb. interdictum n. 53. Tabiena interdictum 5. q. 13. m. 1. 4. Nauar. Summa. c. 27. latine n. 179. hiſpane nu. 178. Couar. c. alma mater. 2. p. §. 2. n. 7. verſ. matrimonij autem Sacramentum. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 47. Borgalius de Irregularitate. p. 6. de ſententia interdicti. num. 50. & ex Theologis. Palud. 4. d. 18. q. 8. ar. 2. principali, conſuſione 4. nu. 27. & d. 26. q. 2. art. 2. n. 12. D. Anton. 3. p. tit. 26. c. 4. in principio, eolumna 5. Metina lib. 1. ſumma. c. 11. §. 13. Enriquez lib. 1. de matrim. c. 16. n. 2. commento, littera. S. & lib. 12. c. 2. n. 1. commento, littera. F. & lib. 13. de excom. c. 45. nu. 3. Bartholomaeus à Ledefma de poenitentia, vbi de interdicto, dubio. 7. Graſis 2. p. de diſpoſitionum, lib. 1. c. 1. n. 75. Ludouicus Lopez 2. p. inſtr. de interdicto. c. 21. tit. de extrema vñctionis, & matrim. Manuel. 1. tomo ſumma. 2. editione. c. 116. n. 2. Cañedo de Sacram. tractatu de interdicto. c. 8. nu. 56. Vualdus candelabro. ſacramentorum. 2. p. de interdicto nu. 209. Petrus de Ledefma de matrim. q. 7. ar. vñcio, dubio. 3. poſt. 4. conſuſione. m. Vega. 1. tomo ſumma c. 103. caſu. 6. Emmanuel Saſuma verb. interdictum nu. 17. Philiaricus de officio Sacerdotis, tomo 3. p. 1. lib. 4. c. 3. §. vltimo n. 7.

Immo tempore ceſſationis à diuinis licetè inſit matrimonium. Quod conſtat ex c. capellanus, de ſerijs, quocunq; enim tempore dicit concedi. Et clarè videntur ſentire Doctores omnes nu. præcedenti allegati c. non eſt, de ſponſal. nam licere dicunt tempore interdicti: & caſus illius textus nõ eſt propriè de interdicto, ſed de ceſſatione à diuinis. Vt ibi aduertit Abbas. nu. 8. & docent expreſſè Couar. c. alma mater. 2. p. §. 4. nu. 7. verſ. vt cumq; tamen. Metina dicens clauſtrum Salmantini ſic deſiniſſe, lib. 1. ſumme c. 11. §. 14. Emmanuel Saſuma verb. interdictum. n. 17. Vega. 1. tomo ſumma c. 103. caſu. 6. Cañedo ſumma Sacram. tractatu de interdicto. c. 9. Paulo poſt principiu. Manuel. 1. to. ſumma. 2. editione c. 117. n. 2. Ludouicus Lopez 2. p. inſtructorij, de interdicto. c. 21. ad finem. Immo omnia Sacramenta tempore interdicti permiſſa, ſunt etiam licita tempore ceſſationis. Vt bene Nauar. ſumma c. 27. n. 178. Couar. Manuel ibidem.

Vt cumq; tamen ſit, fatendum neceſſa-

rio eſt ab omnibus, matrimonium tempore interdicti cõtractum, eſſe validum. cum Gloſſa. c. alma mater verb. Sacramentis, de ſentent. excom. in 6. vbi bene aduertit Couar. c. alma mater. 2. p. §. 2. nu. 7. verſ. matrimonij autem. Atq; ita fatetur Vgolinus de cenſuris, vbi de interdicto, tabula 5. c. 7. §. 3. n. 3. Quamuis ſentiat tunc interdicti. Atq; idem dicendum eſt de matrimonio inito tempore ceſſationis à diuinis. Et conſtat, quia nullus eſt Canon irritans. Deinde, quia matrimonium illicitè contrahitur tempore excommunicationis, at ſi contrahatur, eſt validum, vt diſp. ſequenti dicam.

Nec quicquam reſert, ſi cõtrahentes ſint ſpecialiter, & perſonaliter interdicti. Poſſunt enim licitè matrimonio copulari. Quod ſub illo interdicto, nõ comprehendatur matrimoniu, niſi expreſſum ſit. Quia matrimonium tanquam contractus cũ per accidens ratio Sacramenti aduenit, ſua ſpecialia impedimenta ſortitur, nec interdicti ſolet inſtar aliorum Sacramentorum: Sic Innoc. Calder. Anchar. vtroq; loco, Francos. D. Anton. Roſella, Sylu. Tabiena, Armilla, Nau. Philiaricus, Petrus de Ledefma num. 2. allegati. Palud. 4. d. 26. q. 2. ar. 2. n. 12. Enriquez lib. 12. de matric. c. 2. pu. 1. commento, littera. F. & lib. 13. de excom. c. 45. num. 3. Toledo lib. 1. ſumma. c. 10. num. 9.

Vtrum autem in Eccleſia ſpecialiter interdicto ſuppoſita, poſſint matrimonium, & reliqua Sacramenta tempore interdicti permiſſa, celebrari: non conſtat inter Doctores. Nam Vgolinus de cenſuris, tabula 5. de interdicto c. 10. §. 1. n. 2. dicit in Eccleſia ſpecialiter interdicta poſſe baptiſmum, & confirmationem miniſtrari. Quod neceſſario intra Eccleſiam miniſtranda ſunt: ſecus de Euchariſtia, & poenitentia, niſi neceſſitas aliud ſudeat. Borgalius vero de Irregularitate p. 6. de ſententia interdicti n. 27. diſtinguit ſic. Si Eccleſia ſit interdicta ſpecialiter ab homine, nullum Sacramentum excepio baptiſmo poteſt in ea conferri: & dicit nu. 28. matrimonium tunc ante ſortes Eccleſia poſſe miniſtrari. Si autè ſit à iure, dicit n. 29. baptiſmum, cõfeſſionem, & matrimonium ante Eccleſia ſortes miniſtranda eſſe. Ceterum dicendum eſt omnia Sacramenta tempore interdicti permiſſa, poſſe licitè in Eccleſia ſpecialiter interdicta miniſtrari: & ſi honeſtum ſit ea libi celebrari, ſi commode fieri poſſit. Quia nulla reſtritur prohibicio, quod ea Sacramenta ab

omni interdicto exempta ſint. Atq; ita docent Nau. ſumma. c. 27. num. 179. Couar. c. alma mater. 2. p. §. 2. nu. 7. verſ. hæc vero ſacramenta. Enriquez lib. 13. de excomuni. c. 45. nu. 3. Philiaricus de officio ſacerdotis, tom. 1. p. 1. lib. 4. c. 3. §. vltim. Et expreſſè de matrimonio id docent Enriquez, & Philiaricus ibi. Et clarè videntur huius ſententia Calderius de interdicto, membro. 2. col. 7. fol. 3. verſ. ſed numquid in Eccleſia, & Anchar. c. ſi ciuitas num. penultimo, de ſentent. excom. in 6. vbi dicunt licitè miniſtrari in ea Eccleſia baptiſmum, & confirmationem. Quipe à quouis interdicto ea ſacramenta exempta ſunt. Cum enim cadè militet ratio in alijs ſacramentis tempore interdicti permiſſis, ſunt enim ab interdicti prohibitione libera, videtur in eis idem ſentire.

Poſſunt etiam à fortiore tempore interdicti denunciations matrimonij fieri. Sic Palud. 4. d. 26. q. 2. ar. 2. nu. 12. ſub dicto; intelligi in concionibus, vel aliter, non tamen in miſſa. Quod fortè dicit, quia miſſam celebrare tempore interdicti oim non licebat: non eſt, de ſponſal. At cum hõc deſiderat ſeruata moderatione. c. alma mater, dicit ſentent. excom. in 6. (vt num. 11. dicemus) non eſt cur negemus poſſe ibi denunciations fieri. Quod ſi fortè cõtra interdicti formam celebraretur ſacrum, & in eo fierent denunciations, peccatum eſſet celebrare: non autem ſeruare denunciations. Hoc enim cum non fit officium diuinum, mini-mè opponitur interdicto.

Ad argumenta nu. 1. propoſita reſpondetur. Ad primum & confirmationem dicit non excipi matrimonium. Quia id ſupponitur tanquam manifeſtum, & generalis conſuetudine Eccleſia receptum, vt nunquam intelligatur prohibitum matrimonium: & excipiuntur ea ſacramenta quæ merè ſpiritualia ſunt, & ad actum ordinis pertinent: vt dixi nu. 2. Ad ſecundum conſtat ex dictis, ex enim rationes traduntur reſpectu ſacramentorum quæ ſunt merè ſpiritualia: at in matrimonio militat ratio expoſita nu. 2. Ad vltimum dicit, parochum non habere rationem miniſtri, ſed teliſ: ipſos autem cõtrahentes eſſe miniſtros.

Quæſtio ſecunda, an benedictiones nuptiales poſſint tempore interdicti conferri? Affirmant aliqui. Quia cum acceſſoriu ſequatur naturam principalis, regula acceſſorium 4. 2. de regulis iuris, in 6. cõceſſo principali, conceditur acceſſorium. At benedi-

ctiones acceſſoriae ſunt matrimonio, quod tempore conceſſum eſt: vt nu. 2. probauimus. Et confirmatur, quia conceſſis tempore interdicti baptiſmo, & cõfirmatione, conceditur cõfecio chriſmatis, quod acceſſorium eſt. c. quonia, de ſentent. excom. in 6. vbi Gloſſa verb. dubium, ait rationem huius eſſe, quod conceſſo principali, concedatur acceſſorium. Et ita hanc partem tuetur Roſell. interdictum. 2. nu. 7. Angelus interdictum. 6. nu. 30. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 547. & rem eſſe dubiam nil delinientes, docent Abbas cap. aon eſt, nu. 8. de ſponſal. & ibi Præpoſ. n. 7.

Nihilominus dicendum eſt non poſſe conferri. Quia benedictio nuptialis eſt officium diuinum, & ad actum ordinis pertinet: cum ſolus ſacerdos poſſit ſponſum & ſpõſam benedicere, idq; precibus, & officio peculiari ab Eccleſia inſtitutus, & in miſſarum ſolemnij. Atq; ita tenent Calderius de interdicto, membro. 6. §. viſo de effectu interdicti. Holt. c. non eſt, in fine, de ſponſal. vbi Ioan. Andr. nu. 3. Anton. nu. 10. A. Alexander de Neuo. nu. 12. Anchar. ſin. Et. c. alma mater, de ſent. excom. in 6. nu. 10. vbi Francus in principio, nu. 3. A. ſleſis ſumma. 2. p. lib. 7. tit. 16. ar. 3. q. 6. Sylu. interdictum. 5. q. 7. nu. 9. exceptione. 5. Tabiena interdictum 5. q. 1. nu. 14. Armilla verb. interdictum. n. 53. Nauar. ſumma. c. 27. latine nu. 179. hiſpanè nu. 178. Vgolinus de cenſuris, tabula 5. de interdicto. c. 7. §. 3. nu. 4. Et ex Theologis. Palud. 4. d. 26. q. 2. ar. 2. nu. 12. & d. 18. q. 8. ar. 2. principali, conſuſ. 4. nu. 27. D. Anton. 3. p. tit. 26. c. 4. in principio, col. 5. Metina lib. 1. ſumma. c. 11. §. 13. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. n. 2. commento, littera. S. & lib. 13. de excom. c. 44. nu. 1. littera D. Ludouicus Lopez. 2. p. inſtr. c. 21. de interdicto, tit. de extrema vñctione, & matrim. Philiaricus de officio ſacerdotis, tom. 1. p. 1. lib. 4. c. 3. §. vltim. nu. 179. Vualdus candelabro ſacram. 2. p. de interdicto nu. 209. Manuel. 1. tomo ſumma. 2. editione. c. 116. nu. 2. ſine. Graſis. 2. p. de diſpoſitionum, lib. 1. c. 1. nu. 2. §. Bartholomaeus à Ledefma de poenitentia, vbi de interdicto, dubio. 7.

Hodie autem licitè benedictiones nuptiales conferuntur tempore interdicti, ſeruata moderatione. c. alma mater, de ſentent. excom. in 6. in mirum, ſub miſſa voce. ianuis clauſis. Excommunicatis, ac interdictis excluſis. Quipe in textus cũ eſt moderatione conceſſit omnia diuina officia tempore interdicti celebrari poſſe. Et tenent Syl. in-

interdictum. 5. q. 2. dict. 3. fin. Couar. c. alma mater. 2. p. §. 2. nu. 7. ver. matrimonij autē. Enriquez lib. 13. de excomm. c. 44. n. 1. commento, littera. D. & lib. 12. de matric. c. 2. nu. 1. in commento, littera. F. Petrus de Ledefma de matrim. q. 50. ar. vnico, dubio 3. post. 4. conclusionem, vnde minus bene hoc reprobatur dicens esse falsum Vgolinus de censuris, tabula. 5. de interdict. c. 7. §. 3. fin. Sed ipse se explicat. c. 8. §. 5. nu. 3. dicens non posse conferri tunc. Quia laici debet necessarii interesse, nempe, ipsi coniuges, quibus tamen vetitum est tempore interdicti diuinis interesse. Sed Doctores citati hoc non negant. Intelligitur enim, dummodo coniuges priuilegium habeant assistentia diuinis, vt bullam cruciatae. Atq; ita docent Enriquez vtroq; loco, & Petrus de Ledefma proxime citati.

12 Non tamē permisso hac in vniuersum accipienda est. Nam in Ecclesia speciali interdicto affecta minime licebit officia diuina peragere, & benedicere nuptias, cum praedicta limitatione. dict. cap. alma mater. Quod in solo interdicto generali loquitur: vt constat ex principio illius textus, vbi sermo est de locis suppositis interdicto, atq; ita de interdicto generali. Quare concessio postea contenta ibi ver. adijcimus, vt possint celebrari diuina, tempore interdicti cum ea moderatione, de eodem interdicto debet intelligi. Quia ad principium legis vbi aliud non apparet, debent trahi sequentia. c. 2. ff. de iuris, & facti ignorantia. l. 2. C. de imponenda lucriatorum descriptione, lib. 10. Quare ita docet gloss. d. c. alma mater. verb. Ecclesijs. Et ibi Anchar. q. 1. Dominicus ibi. §. adijcimus. n. 1. Francus eodem. §. nu. 2. Calderinus de interdicto, membro. 2. col. 7. fol. 3. ver. per praedicta soluitur. Ioan. Andr. c. quae huius nu. 2. de his quae fiunt à maiori parte cap. vbi Anton. nu. 6. Abbas sine. Cardin. fin. Immola nu. 11. Felin. c. apostolicae. nu. 1. de except. Fredericus cōf. 70. Milis in suo repertorio. verb. interdictum. D. Anton. 3. p. tit. 26. c. 3. ver. item in Ecclesia, & c. 4. in principio, col. 2. Angelus interdictum. 6. nu. 1. & 16. Syl. interdictum. 5. §. 1. Nauar. summa. c. 27. nu. 17. §. fine. Couar. d. c. alma mater. 2. p. §. 4. nu. 1. statim in principio, & §. 5. nu. 2. fin. Vgolinus de censuris, tabul. 5. de interdict. c. 10. initio num. 5. Tabiena interdictum. 5. q. 1. nu. 2. Paulus Fufc. lib. 2. de regim. & vit. Eccl. c. 3. n. 4. Villadiego tract. de irregularitate. c. de interdicto,

quod incipit, dictum est etiam quod celebrans tempore interdicti, col. 3. Manuel. 1. tom. summa. 2. edition. cap. 116. numer. 6. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. part. 1. lib. 4. cap. 3. fine. Ludouicus Lopez. 2. part. instruci. cap. 21. de interdicti. tit. de suspensione interdictorum, statim in principio. Toledo lib. 1. summa. c. 20. num. 2.

13 Praeterea nec cum dicta moderatione. c. alma mater, de sent. excom. in. 6. licet nuptias benedicere, aut alia officia diuina celebrare, extra Ecclesias, & monasteria. Quia ibi ver. abijcimus, sic dicitur, *Adijcimus praeterea quod singulis diebus, et alia diuina officia sicut prius.* Cum ergo limitata sit concessio ad Ecclesias, vel monasteria, non est extendenda ad alia loca quae Ecclesia non sunt, vt oratoria priuata: maxime cum haec concessio sit iuris communis correctoria. Deinde, quia rationes in. d. c. alma mater, assignatae illius concessionis non militant in priuatis oratorijs, non enim ex hoc quod in illis à celebratione abstinetur, exercet indeuotio populi, pullulant haereses, Ecclesijs debita obsequia detrahuntur, quas rationes textus in principio assignat. Tandem, quia maior esset permisso extra Ecclesiam: cum Ecclesia sit locus diuinis peragendis dedicatus; atq; ideo non habet locum eadem ratio, vt fiat extensio. Atque ita censent Calderinus de interdicto, membro. 6. Francus. d. cap. alma mater. §. adijcimus nu. 1. Et ibi Couar. 2. p. §. 4. n. 1. ver. 2. Alij tamen volunt eam concessionem minime restringendam esse ad Ecclesias, vel monasteria, sed vbiq; licere cum illa moderatione diuina peragere officia. Quia dicitur eo. c. alma mater, licere officia celebrare cum ea moderatione, sicut prius, nepe, ante interdicti tempus: tunc autem vbiq; licebit. Praeterea, quia non est intentio textus concedentis celebrari in Ecclesijs, excludere alia loca: immò à fortiori includere illa. Quia finis interdicti est, dum diuinorum celebrationem vetat, ne intersint laici: at frequentius in Ecclesia id euenit illuc enim omnes ad diuina audienda conflunt. Tandem, quia verba posita in lege gratia frequentioris vsus, illam non restringunt, argumento ex. l. vnica, cum ibi notatis. C. de raptu virginum. At expressum est in textu, in Ecclesijs, vel monasterijs, quod ibi frequentius diuina celebrentur. Atque ita tenet falsò referens Villadiego, Nauar.

summa

14 summa. c. 27. n. 175. Vgolinus de celsuris, tabula. 5. de interdicto, c. 8. §. 5. n. 2. At prior sententia mihi valde placet. Cum fortissimis innitatur rationibus. Nec obstat argumenta contraria. Quia primò cessat, eo quod textus non absolute concessent sicut prius diuina celebrari, sed in Ecclesijs, vel monasterijs. Non obstat. 2. argumentum, quia quauis ratio ob qua interdictum prohibet diuinorum celebrationem, magis militet in locis extra Ecclesia sitis, at rationes ob quas praedicta concessio facta est. d. c. alma mater, nullo modo militat extra Ecclesiam: atq; subinde nec ipsa concessio ibi locum habere debet. Non obstat etiam tertium, quia satis probantur rationes contrariae non gratia frequentioris vsus, sed ad concessionem restringendam apposta esse. Id tamen ferendum est etiam reuera priori opinione, nimirum, posse in hospitalibus auctoritate Episcopi erectis sacra celebrari tempore interdicti, cum praedicta moderatione, quod in ijs quae ad fauorem pertinent, nomine Ecclesiae comprehendantur. Idem quoque dicendum est de monasterijs monialiu. Quia textus generaliter dicit in monasterijs. Atque ita vtrumq; fatetur Couar. eodem. §. 4. nu. 2. Et hoc posterius docet etiam Syl. interdictum. 5. q. 1. dicto. 1.

15 Grauius autē dubitū est, an tempore cessationis generalis à diuinis liceat nuptias benedicere, & cetera officia diuina celebrare, cū praedicta moderatione. d. c. alma mater. Quidā enim eam concessionem extendit ad cessationem generalem à diuinis. Quod haec equiparetur interdicto quoad diuinorum celebrationem: & rationes inducentes Pōtifficem ad praedictam concessionem faciendam, pariter militent in cessatione generali à diuinis, ac in interdicto. Et ita docet Archid. c. si canonici, statim in principio, de offic. ord. in. 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. ar. 3. principali. n. 38. Ioan. de Friburgo summa confessoriu. lib. 3. tit. 33. q. 221. Villadiego tractatu de irregu. vbi tractat de irregularitate violata interdictum. §. dictū est etiam quod celebrans tempore interdicti, col. 3. Nauar. summa latina. c. 27. nu. 188. sine, hispana, num. 189. At verius est, ad cessationem à diuinis etiam generalē minime extendi eam concessionem: & subinde non licere praedicta in ea. Quod & ipsum nomē cessationis restat. vt pote quod omnimodò à diuinis cessatio ne praesert: & ipsa etiam cōsuetudo id obtinuit. Et. d. c. si canonici valde probat, dū §. si autem, decernit eum cuius causa cessa-

16 tio ponitur, teneri Canonici restituere distributiones, eo quod omnino cessantes ab officijs eas minime acquisierint: quas tamē verè acquirent, si possent tunc diuina peragere cū moderatione. d. c. alma mater: vt in eo dicitur. Et ideo huius sententiae sunt Couar. eo. c. alma mater. 2. p. §. 4. nu. 7. & Gutierrez lib. 1. q. canonicarum, cap. 10. nu. 6. & vterq; latius hanc quaestionem disputat, satisfaciens oppositis argumentis. Eandem tenet Curiel tractatu de cessatione à diuinis, fol. 11. Margallo de horis canonicis, fol. 17. Ludouic. Lopez. 2. par. instruci. c. 21. de interdicto, rit. de cessatione à diuinis, ver. si nihilominus non obstatibus. Manuel. 1. tom. summa. 2. editione. c. 117. nu. 2. Et concludit Couar. esto cōtraria sententia esset iure verior, hanc amplectendam esse, tanquam consuetudine vniuersali receptam vbiq; locorum.

17 Deinde de quatuor solennitatibus, in quibus iure suspenditur interdictum. c. alma mater, de sent. excom. in. 6. nimirum, festo natalis Domini, Pentecostes, Paschatis, & Assumptionis beatae Virginis: quibus addidit Martin. 5. & Eugenius. 4. festum Eucharistiae cum tota octaua: dubitatur an in illis liceat benedictiones nuptiales, sicut cetera officia permittitur, publicè, & solemniter celebrare? Cui dubitatione ansam praebuit Palud. 4. d. 26. q. 2. art. 2. nu. 12. non alia ratione ductus, quam quod solum suspendatur interdictum ijs diebus quoad Eucharistia administrandam. Verum absque dubio dicendum est, posse tunc benedici nuptias publicè, & solemniter, si alia ex causa non sit interdictum eas benedici, vt prohibetur et tempore Paschatis, & natalis Domini (vt dixi di sp. praecedenti nu. 1.) Quia interdictum illis diebus omnino suspenditur quoad officia diuina celebranda sicut prius, ante interdicti tempus, vt expressè dicitur eo. d. cap. finali: solaque administratio sacramentorum tempore interdicti vetita reseruat. At benedictio nuptialis non est sacramentum, sed ad officia diuina pertinet: licebit ergo eius publica, & sollemnis celebratio, instar aliorum officiorum diuinorum. Sicque docent Calderinus tractatu de interdicto, membro. 5. §. viso de effectu, Anchar. d. cap. alma mater, col. 5. num. 2. in fine. Francus ibi. §. adijcimus, nu. 3. ver. vltim. nota. Syl. interdictum. 5. q. 2. dict. 3. in fine. Armilla verb. interdictum nu. 43. Sotus. 4. d. 22. q. 3. art. 1. col. 8. ver. sic: hoc autem. Couar. cap. alma mater

D

2. p. §.

2. p. 5. nu. 6. vers. 11. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. nu. 2. in commento, littera. S. & lib. 13. de excom. c. 44. n. 1. in commento, littera. D. & c. 47. nu. 4. Vgolinus de censuris, tabula. 5. de interdicto. c. 8. §. 10. nu. 2. Viualdus candelabro sacramentorum. 2. p. de interdicto. n. 254. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. de interdicto. c. 2. 1. tit. de suspensione interdictorum, ad finem.

16

Immo addiderim, si die natalis Domini, aut Paschatis, tempore interdicti sacerdos benedicat nuptias, eum reu esse culpæ lethalis, aduersus præceptum non benedicendi nuptias eo tempore, non tamē reu esse violati interdicti: ac proinde minimè incurrere irregularitatem statuti aduersus violatores interdicti. Quia. c. alma mater, de sen. excom. in. 6. absolutè & generaliter suspendit interdictum in ijs festiuitatibus: ac proinde interdicti præceptum, quoad officia diuina celebranda cessat eo tempore. Quod si aliud præceptum ad sit, nõ benedicendi tunc nuptias ob tēporis reuerentiã, vt verè ad est, id solū celebratis tunc nuptijs, violabitur. Sicut in simili dicunt Sylu. verb. dominica. §. 2. & verb. ieiunij. q. 10. vbi Armilla. n. 13. Tabiena. q. 11. n. 12. Ludo. Lopez dices Victoriã idē sensisse. 2. p. instruct. de penitentia c. 11. de ieiunio, fol. 716. & apertè colligitur ex eo quod statim refertur ex Emman. Sa. verb. ieiunij. n. 6. eū qui ex voto, vel constitutione regulari tenetur sextis ferijs abstinere à carnibus, absoluti à præcepto iuris cõmunis illarū esum prohibenti tunc, quãdo Natale Domini incidit in sexta feria: quare si ijs vescatur tali feria, minimè delinquet aduersus prohibitionē iuris communis, sed tantum contra votum, vel constitutionem. Quod. c. fin. de obser. ieiun. propter festiuitati honorē, generaliter dispensat quoad esum carniū in illa die, quatenus per ius commune prohibitus erat, relinquens in suo robore obligationem voti, vel constitutionis, si quæ aderat. Quã doctrinã probabiliorē credo aduersus Metinam lib. 1. summa cap. 14. §. 10. censentem id caput finale non dispensare cum his in præcepto iuris communis. Et retetã hæc probabiliori doctrinã, dicendum est Fratres Dominicanos qui ex regulæ præscripto tenentur semper à carnibus abstinere in refectorio communij, si eas edant feria sexta in qua incidit Natale Domini, solū reos esse cõstitutionis violatæ: & eū ea illos non obliget ad culpã, nullius culpæ participes esse. Quod si quispiã voto se obstrinxisset, solū

aduersus votum peccaret. Rursus ex ea inferitur, Prælo dispensante in constitutione regulari, vel in voto, immunem esse culpæ edendo tunc carnes, eum qui ex constitutione, vel voto tenebatur. Quippe solum hæc obstant. Atq; ita docent Syl. Tabiena, Armilla, Ludouicus Lopez, Emmanuel Sa proxime citati. Et idē dicendū est, si votum irritet quicumq; id efficere potest. Et quauis doctrinã prædictã in casu. d. c. finalis, de obseruat. ieiun. vera minimè esset, at in nostro casu reputo certissimum esse, sacerdotem benedicentem nuptias tempore interdicti, in die Natalis Domini, aut Pasceatis, minimè reum esse violati interdicti. Quia d. c. alma mater. absolutè, & absq; distinctione aliqua relaxat interdictum quoad officia diuina. At. c. finale, de obseruat. ieiunij nõ aufert absolutè obligationem abstinendi à carnibus in feria sexta, in qua incidit Natale Dominicum, sed eos excipit, qui voto, aut constitutione regulari ad prædictam abstinentiam obligantur.

17

Opponet forsã aliquis, non posse nuptias, benedici in prædictis festiuitatibus, in quibus suspenditur interdictum, absq; illius cõrauentione. Quia Missa in qua nuptiæ benedicuntur, est peculiaris. At in ijs festis solum suspenditur interdictum quoad officia propria illarū dierū. Sed solutio est facilis. Non enim sola officia diuina, & missæ illarum dierum propria, possunt tunc publice, & solemniter celebrari, sed quæuis alia. Quia. c. alma mater, de sen. excom. in 6. indistinctè, & generaliter de officijs loquitur. Et ita docet Calderinus de interdicto, membro. 6. vers. dubitant quidam, glossa d. c. alma mater vers. sicut prius Ioan. And. nu. 1. & ibi Anchar. colum. 4. num. 1. vers. sed queritur an in prædictis Dominicis ibi. §. ad ieiunium nu. 3. Francus eodem. §. n. 2. Nauar. summa. c. 27. nu. 185. Cona. d. c. alma mater. 2. p. 5. nu. 5. Syl. interdictum. 5. q. 2. dict. 1. D. Anton. 3. par. tit. 26. cap. 4. in principio, colum. 2. Ledesma. 2. par. 4. quæstion. 26. artic. 2. vbi de interdicto. fol. 362. col. 4. Vgolinus de censuris, tabula. 5. de interdicto. cap. 7. §. 10. num. 2. & §. 11. num. 1.

Difficultas autē est, an in prædictis festiuitatibus liceat nuptias benedicere, & alia officia diuina celebrare publice, & solemniter, tempore cessationis à diuinis, sicut licet tēpore interdicti? Quod est querere, an cessatio à diuinis suspendatur tēpore harū festiuitatū, sicut suspenditur interdictum. Id enim

negat

negat Margallo de horis canonicis, fol. 17. 23. & 24. & est probabilissimum, vt testantur Couar. cap. alma mater. 2. par. 5. num. 3. Gutierrez lib. 1. quæst. canonic. capit. 10. num. 11. Verum probabilius est ea tunc licere, & suspendi cessationē à diuinis, Quod benigna illa concessio in honorem vna cum viro sic interdicto benedici. Sic Calderinus de interdicto, membro. 6. §. visido de effectu interdicti. Anchar. d. c. alma mater. n. 11. & ibi Francus in principio, nu. 3. D. Anton. 3. p. tit. 26. c. 4. in principio, col. 5. Tabiena interdictum. 5. q. 13. nu. 14. Armilla, verb. interdictum nu. 53. Graffis. 2. p. decisionum. lib. 1. c. 1. nu. 25. Quod si sola vxor sit illo generali personali interdicto ligata, potest in loco non interdicto benedici vnã cum viro. Quippe cum vir interdicto minime affectus sit, vxorq; fortiatu forum, mu nera, & honores sui viri. l. foemina. ff. de senat. l. finali. C. de incolis, gaudet ea viri non interdicti immunitate, vt benedici possit. Ita Calderinus, Tabiena, Armilla ibi. Tandem, si quibus ex coniugibus sit speciali interdicto personali strictius, nullibi fas est illis benedictiones nuptiales recipere, donec coniux ille interdicto ligatus absoluetur. Quia id interdictum speciale personæ ipsam quocunq; se transferentem comitatur, inftar aliarum censurarum, donec ablutio accedat. Sic Calderinus, Tabiena, Armilla ibidem.

19

Tandem dubitatur, vtrum alterutro ex coniugibus solum interdicto, liceat extra locum interdictum benedictiones nuptiales recipere? Quia in re sic distinguendum est. Aut interdictum est locale, aut personale. Rursus, si personale: aut generale, quia, nimirum, vniuersitas aliqua est interdicta, vt ciues alicuius vrbs, cuius pars est coniux: aut speciale, quia, scilicet, coniux est nominatim interdictus: aut causam culpabilem interdicto ferendo præstitit: in quo euentu censetur specialiter interdictus. c. alma mater, de sent. excom. in 6. vers. illis. Primò ergo dico, si interdictum locale sit, posse coniuges extra eum locum benedici. Quia in interdictum locale non ligat extra eum locum quem afficit. c. si sententia, de sentent. excom. in 6. Nec in hoc est difficultas. Secundo dico, si interdictum sit personale, & generale, sic distinguendum esse. Si solus vir eo personali interdicto affectus sit, aut vxorq; coniux, non licet benedictiones nuptiales etiam extra locum interdictum recipere, nisi vir domicilium mutet: tunc enim licebit in loco non interdicto. Ratio est,

quia cū vir maneat pars illius ciuitatis personali interdicto suppositæ, dum aliò non migrat animo domiciliū trãserendi, eodē personali interdicto ligatus manet, inftar aliorum ciuium. d. c. si sententia, cum ibi notatis: ac proinde vxor non poterit vnã cum viro sic interdicto benedici. Sic Calderinus de interdicto, membro. 6. §. visido de effectu interdicti. Anchar. d. c. alma mater. n. 11. & ibi Francus in principio, nu. 3. D. Anton. 3. p. tit. 26. c. 4. in principio, col. 5. Tabiena interdictum. 5. q. 13. nu. 14. Armilla, verb. interdictum nu. 53. Graffis. 2. p. decisionum. lib. 1. c. 1. nu. 25. Quod si sola vxor sit illo generali personali interdicto ligata, potest in loco non interdicto benedici vnã cum viro. Quippe cum vir interdicto minime affectus sit, vxorq; fortiatu forum, mu nera, & honores sui viri. l. foemina. ff. de senat. l. finali. C. de incolis, gaudet ea viri non interdicti immunitate, vt benedici possit. Ita Calderinus, Tabiena, Armilla ibi. Tandem, si quibus ex coniugibus sit speciali interdicto personali strictius, nullibi fas est illis benedictiones nuptiales recipere, donec coniux ille interdicto ligatus absoluetur. Quia id interdictum speciale personæ ipsam quocunq; se transferentem comitatur, inftar aliarum censurarum, donec ablutio accedat. Sic Calderinus, Tabiena, Armilla ibidem.

20

Ad argumentum num. 9. propositum, dic illam regulam intelligi, vbi est eadem ratio in accessorio, & principali: nec est aliqua dispositio specialis in accessorio: vt bene Dynus eadem regula, accessorio, in fine. At non est eadem ratio in matrimonio, & benedictionibus nuptiarum: illud enim non spectat ad diuina officia tempore interdicti verita: secus de his. Deinde de matrimonio nulla est dispositio prohibens: secus de benedictionibus, interdictum enim generali prohibitione diuinorum officiorum tempore interdicti. Ad confirm. dic esse prorsus disparē rationem. Quia Christa est accessoria, tanquam de confirmationis essentia: & de necessaria sub præcepto baptismi decencia: solumq; potest die Iouis sancti confici, & quotannis renouari debet. Quare si tunc ratione interdicti non conficeretur, ea sacramenta ministrari valde, si sit confirmatio, aut decen ter, si sit baptismus, non possent. Quæ rationes in benedictionibus nuptialibus locum non habent.

D 2

DIS-

DISPUTATIO NONA.

Utrum tempore quo alter, aut uterq; cōiux excommunicatione ligatus est, validè, aut licitè matrimonium contrahi possit?

SYMMARIVM.

Refertur sententia afferens matrimonium initum à ligato excommunicatione maiori, esse invalidum, nu. 1.
Validum est matrimonium ab excommunicato initum, nu. 2.
Peccat lethaliter maiori excommunicatione ligatus, si matrimonium inerat, nu. 3.
An id sit duplex lethaliter, nu. 4.
An idem sit cum excommunicatione minoris, nu. 5.
Scienter iniens matrimonium cum excommunicatione maiori ligato, denunciato, vel notorio clerici percussore, peccat mortaliter, nu. 6.
An sit mortale contrahere cum excommunicato non denunciato, nec notorio clerici percussore? vel cum excommunicato excommunicatione minori? Refertur quedam sententia, num. 7.
Nulla est culpa cum hoc contrahere, nec petere sacramenta à tali excommunicato: nec excommunicatus peccat tunc, quando praenuntus ab alio ministrat, aut contrahit matrimonium, nu. 8.
An sit duplex mortale inire matrimonium cum excommunicatione maiori ligato denunciato, vel notorio clerici percussore, nu. 9.
An sit mortale, & quadruplex, inire cum excommunicato excommunicatione minori? nu. 10.
An peccet mortaliter, si uterq; cōiux maiori, vel minori excommunicatione ligatus sit, & matrimonium inerat, nu. 11.
An ligato maiori, vel minori excommunicatione, interdicta sint sponsalia, siue nuda promissione, siue in amentis firmata, nu. 12.
An ei veniant sit, benedictiones nuptiales recipere, nu. 13.
An teneatur promittere matrimonio confessionem, qui excommunicatione, aut peccato lethali affectus est, nu. 14.
An suspensus etiam ab ingressu Ecclesiae, vel in cuius Ecclesia ingressus interdictus est, peccet si matrimonium inerat, aut benedictiones nuptiales recipiat, nu. 15.
Solvantur argumenta, nu. 16.



Videa ita rigide loquuntur in hac disputatione, ut censeant matrimonium initum à ligato excommunica-

tione maiori, esse invalidum. Quod is sacramentorum incapax sit. Ita Martinus de Magistris relatus à Caiet. 2. q. 154. art. 7. paulo post principium, dubio 3.

At proculdubio dicendum est, id matrimonium esse firmum. Quod expressè probat. c. significasti, de eo qui duxit in mat. Vir enim excommunicatus erat, quod prior matrimonium duranti, adhereret vxore relicta, meretrici: vxoreque mortua, duxit meretricem, nondum absolutione ab excommunicatione obtenta. Et respondet Pontifex firmum fuisse matrimonium, nisi cum eo adulterio concurreret matrimonij promissio, aut machinatio in mortem alterius coniugis. Non ergo obstat excommunicatio firmitati matrimonij. Deinde, quia licet peccet excommunicatus matrimonium iniens, ac nullus est rextus illud irritans. Atq; ita docent ex iuris peritis, glossa capit. final. verb. sacramentis, de senten. excom. in. 6. & c. nullus verb. quod si, de consecr. dist. 4. & cap. illud verb. negantur, el. 1. d. 95. & dict. cap. significasti, in notabili quod infert post casus positionem. Et ibi Ioann. Andr. num. 3. Anton. nu. 3. Abb. nu. 3. Anchar. nu. 3. Cardin. nu. 2. & 4. Alexander de Neuo. nu. 3. Prapof. nu. 2. Henricus nu. 1. & 2. Idem Cardinalis clem. 1. in principio nu. 6. quæst. 13. de privileg. Calderinus de interd. c. Baldus. l. 1. num. 11. c. de iuris, & facti ignor. & ibi Iafon num. 27. Alexander cōf. 56. num. 5. volum. 4. Philippus Probus addit. ad Monachum, cap. vnic. num. 9. de defponsat. impub. in. 6. Francus cap. decreuit nu. 1. de hæret. in. 6. & c. 1. nu. 7. vers. & limita, de except. eodem lib. Felinus rubrica de sponfal. num. 8. vers. 12. Astenis summa. 2. par. lib. 7. tit. 16. ar. 3. quæst. 6. Syl. excommunicatio. 3. initio, & vers. 14. Armilla verb. excommunicatio. num. 9. in fine: & verb. matrimonium. nu. 67. Nauar. cap. 66. sideret. 5. cautus. num. 26. de penit. d. 4. & summa latina cap. 22. nu. 8. Couar. 4. decr. 2. par. cap. 6. initio num. 3. Antonius Cucus lib. 5. in institutionum maioru, tit. 11. n. 170. & tit. 12. nu. 33. Gaeta repetitione. cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 15. Matienço lib. 5.

recopil. tit. 1. rubrica, gloss. 1. nu. 136. Franciscus Marcus. 2. p. decisio. 525. nu. 1. Vgolinus de censuris, tabula. 2. de excom. 8. 7. §. 2. num. 4. vbi alios refert. Et ex Theologis: D. Thom. 4. dist. 39. quaest. vnic. ar. 1. ad. 5. Palud. 4. dist. 26. q. 2. art. 2. concl. 1. num. 8. Maioris. 4. dist. 1. 2. q. 12. ad finem. Caiet. 2. quæst. 154. art. 7. dubio 3. D. Anton. 1. p. tit. 2. c. 76. vers. 14. & tit. 1. cap. 19. sine. Idem Caiet. summa verb. matrimonium cap. 1. in fine. Ledesma. 2. p. 4. q. 23. art. 1. column. 9. argumento. 3. iuncta eius solatione. Vigerius lib. instit. cap. 16. §. 7. vers. 8. imped. 1. Toledo lib. 7. summa nauar. Enriquez lib. 13. de excom. cap. 10. num. 11. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. art. 1. §. penultimo. Grassi. 2. par. decisio. num. lib. 1. cap. 1. nu. 25. Bartholomæus de Ledesma de penitentis, vbi de interdicto, dubio. 7. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. de matrim. cap. 46. §. præterea circa impedimenta impedientia. Vivaldus cōdelabro sacramentorum. 1. p. de matrim. nu. 80.

Peccat tamen mortaliter ligatus maiori excommunicatione, si ante absolutionem ab illa, matrimonium inerat. Quia excommunicatio hæc, priuat receptione sacramentorum sub mortali, cum materia sit grauis. Atque ita docent. D. Anton. vtroque loco, Caietan. vtroque loco, Syl. ambobus locis, Armilla vtroq; loco, Vigerius. Enriquez, Petrus de Ledesma num. præcedenti allegat. Palud. 4. dist. 26. q. 2. art. 2. conclus. 2. num. 9. Tabiena excommunicatio. 1. q. 13. num. 17. Nauar. summa latina, & hispanica. c. 22. nu. 81. Alexander in suo Enchiridion. 6. præcepto, vbi de statu matrim. §. 1. Vivaldus candelabro sacramen. 1. par. de matrim. nu. 109.

Utrum vero sit duplex culpa mortalis, discernendum est ex solutione eius quaestionis: an contrahens matrimonium in mortali, duplex lethale peccatum admittat, alterum, qua minister est huius sacramenti, alterum vero, qua illud recipit. De qua egimus lib. 2. disput. 6. numer. 3. & 4. & diximus vtramque partem esse probabilem: at tanquam probabiliorem secuti sumus vnicum esse peccatum. Sic ergo in præsentibus casu est probabile duplex esse peccatum mortale. Quia ligatus excommunicatione maiori sub mortali tenetur abstinere à ministratio, & receptione sacramenti. At probabilius multo est vnicum esse peccatum mortale. Quia minister peccat lethaliter sacramentum ministrando, cum pecca-

to lethali, aut excommunicatione maiori affectus sit, qui minister est consecratus ad id munus (vt dixi de affecto peccato lethali, hæc disput. 6. numer. 4.) Sed si peccato lethali affectus sit, & excommunicatione maiori, duplicem culpam mortalem admittit: alteram quidem, quod peccato mortali infectus recipiat sacramentum: alteram autem, quod excommunicatione maiori ligatus. Quippe hæc culpa mortalis esset, quantum sic excommunicatus iam in gratia constitutus esset, vnde ex natura rei semper erit duplex mortale. Quia ille excommunicatus eo ipso quod sciens, & prudens vult sic contrahere, incurrit peccatum mortale, ac proinde contrahit matrimonium cum peccato mortali, & excommunicatione. At si ligatus excommunicationis rationem attendamus, vnicus est culpa lethalis receptionis indigna sacramenti, non autem administrationis eiusdem.

Similiter reus est mortalis culpæ, iniens matrimonium cum excommunicatione minori, ante absolutionem ab ea. Quia hæc interdictum sacramentorum receptione, sub culpa mortali, vt expressè colligitur ex c. finali vers. cul. peccat autem, de clerico excom. minist. Sic Palud. 4. dist. 26. quaestio. 2. artic. 2. conclus. 3. numer. 10. Caietan. summa verb. matrimonium. cap. 1. in fine, Armilla ibi. num. 67. Nauar. summa latina, & hispanica. cap. 22. numer. 81. Et erit similiter duplex mortale: alterum, ratione censura, alterum verò, ratione culpæ mortalis, qua infectus sic excommunicatus, eo quod velit recipere cum illa excommunicatione sacramentum, id recipit, vt nu. præcedenti explicui.

Gravior autem difficultas est, de eo qui scienter matrimonium iniecit cum ipso excommunicato, an peccet? Et quidem si excommunicatus sit denunciatus, aut notorius clericus percussor, quos solos vitare tenemur iuxta decretum Concilij Constantiensis: non dubium est quin contrahens cum illo peccet mortaliter. Quoniam participat in sacramento cum ligato excommunicatione maiori: qui est vnus ex casibus, in quibus participatio hæc est mortalis, secundum omnes. Et ita fatentur Doctores omnes. nu. sequenti, & 8. pro vtraq; sententia allegandi.

At punctus difficultatis est, quando excommunicatus non est denunciatus, nec notorius clericus percussor. Nam Vigerius, &

Petrus de Ledefma nu. 2. allegati, indistincte, & generaliter docent contrahentem matrimonium cum excommunicato, reum esse culpae moralis. Et saltem peccare non explicando culpae qualitatem, docent etiā D. Thom. 4. distin. 39. quaest. vnica, art. 1. ad 5. Toledo lib. 7. summa. cap. 7. num. 1. Atque ita videntur sentire hanc culpam admitti, siue excommunicatus sit denunciatus, aut notorius clerici percussor, siue nō. Cuius sententiae est apertē commune Doctorum placitum, quod sentit peccare lethaliter recipientem sacramenta ab excommunicato non denunciato. Cuius rationē optime explicat Suarez. 3. par. q. 65. art. 4. disput. 18. sectio. 1. column. 5. littera. B. Quia quauis ex ratione, & meritis excommunicationis, solum astringatur fideles vitare excommunicatum denunciatum, aut notorium clerici percussorem, ac proinde ab alijs excommunicatis non interdicitur illis recipere sacramenta: ex vi legis charitatis de vitando scandalo, & generalis obligationis non cooperandi ad peccatum alterius, obligantur fideles ad non petendum, nec recipiendum sacramenta à ministro quomodocūque excommunicato. Eō quod ille peccat ministrando: vt pote cui in nullo fauet decretum Concilij Constantiensis, vt dicitur ibi, in fine. Maximus autem fauor esset excommunicati, si posset abque culpa vacare sacramentorum ministerio: quo, ratione excommunicationis ante id decretum priuatus erat. Si igitur excommunicatus ministrans peccat, eiusdem culpae particeps erit recipiens ab ipso, vt pote qui cooperatur peccato illius. Nec haec obligatio cum naturalis sit, potest per illam decreti Concilij Constantiensis moderationem auferri. Quod per illam nec excommunicatio generalis auferatur, neque prohibitio ipsi excommunicato facta, ne se facris rebus, vel ministris ingerat. Similiter ergo videtur dicendum in praesenti casu, cum enim ipse quomodocūque excommunicatus peccet in iens matrimonium, vt pote quem in nullo releuat decretum Concilij Constantiensis, similem culpam admittet contrahens cum ipso, quia cooperatur ad peccatum quod sine ipso expleri non poterat. Et iuxta hanc sententiam, idem necessario dicendum est, si quis contrahat cum ligato excommunicatione minori, quia cooperatur ad peccatum (quod mortale esse diximus nu. 5.) ipsius excommunicati.

Ceterum verius existimo, nullam esse culpam contrahere scienter cum excommunicato maiori ligato, nisi denunciatus sit, aut notorius clerici percussor. Quod bene docet Vivaldus candelabro sacramentorum. 1. p. de matrim. nu. 80. Ducos, quoniam non obstanti communi, & probabilissima sententia contraria, nisi praecedenti allegata, semper mihi persuasi probabilius esse petetem sacramenta à ministro quocūque, etiam non parato, excommunicato, dum non sit denunciatus, nec notorius clerici percussor, absque quauis necessitate, immunem esse culpae, si nullum aliud obstaculum, depta excommunicatione, interueniat, nec ipsum excommunicatum praesentem ministrantem peccare, & subinde nec irregularem esse. Quod docent aliqui teste Victoriam summa, vbi de excommunicatione, nu. 339. & ipse tanquam probabile reliquit. Idem tenet Sotus. 4. distin. 22. quaestio. 1. artic. 4. column. 3. vers. ait verò. Ledefma. 1. part. 4. quaestio. 5. art. 6. dubio penultimo. Ludouicus Lopez. 2. part. instructori, vbi de Sacramentis in genere, cap. 59. column. 18. vers. at verò. vrgentius dubium, fol. 85. Et ratio est. Quod Concilium Constantiensis in praedicto decreto indulsit omnibus fidelibus vt in nullo teneantur evitare huiusmodi excommunicatos, etiam in sacramentorum receptione, ad vitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniendum conscientijs timoratis: vt ibi expressè dicitur. At si peccatum esset sic excommunicatos praenire, petendo ab ipsis sacramenta, vel ipsos alloquendo, eadem scandala, & pericula, scrupulique timoratorum pullularent: nempe, si excommunicatus ille est paratus ministrare, vel si illum induco, vel si necessitatem requisitam habeo, vel si illum praenire in colloquijs communibus: eò vel maxime quod timorati plus timeant culpam, quam excommunicationem minorem, à qua fatentur omnes eximi hunc participantem virtute dicti decreti Concilij Constantiensis. Et confirmatur, quia in dicto decreto nulla fit mentio culpae, aut excommunicationis minoris, sed absolute decernitur fideles in nulla se astringi ad vitandos huiusmodi excommunicatos: & tamen inde colligunt omnes non incurri excommunicationem minorem ex hac participatione. Cur ergo nō dicemus idem de culpa? Praesertim, quia verba illa praedicti decreti, *Constitimus vt nemo posthac teneatur abstinere,*

potius obligationem ad culpam sonant, & illam videntur auferre, manente enim culpa, non esset verum dicere nemine teneri ad vitandum: excommunicationem autem minorē solū auferunt per modum naturalis sequele, cessante enim culpa, cessat subinde poena excommunicationis ita illi annexa, vt absque illa contrahi nequeat. Deinde, quia eū id privilegium redundet in magnū animarū fauorem, & ad consulendū timoratis conscientijs, atque earū pericula vitanda emanari, ampliandū potius est ad culpam, & excommunicationem minorem, ita vt neutra ex hac participatione incuratur: quā restringendum ad solam excommunicationem minorem. Quippe lex quātumcumque poenalis, & odiosa sit, est amplianda, quādo est in fauorem animarum ad vitanda peccata (vt probauimus lib. 1. disput. 39. nu. 5. & lib. 3. disput. nu. 8.) nedom hec, quae poenalis minimè est. Dices cum contraria sententia, prohibitionem non recipiendi sacramenta ab huiusmodi excommunicato non oriri ex ipsa excommunicatione: hanc enim abstulit Ecclesia in dicto Concilij Constantiensis decreto, dum fidelibus indulsit participationem cum hoc excommunicato: sed oriri ex ipso naturali iure dictanti non esse cooperandum peccato alterius. At iuris naturalis interdictio non potest Ecclesiastica lege auferri. Quare cum excommunicatus tunc ministrans peccet, peccabit recipiens. Sed profectione probandum esset peccare excommunicatum praenire ad petenti sacramentum, illud ei ministrantem. Cum enim prohibitio, ne excommunicatus ministrat sacramenta, descendat ex ipso iure Ecclesiastico, potuit vtiq; ius Ecclesiasticum hanc prohibitionem restringere ad omnes excommunicatos, qui aut denunciat, aut notorii clericorum percussores existunt: ad ceteros autem in eo solo euentu, in quo ipsi sua sponte se ingerunt. Quare minimè peccabunt, quādo à petentibus praenirent ipsis ministrant. Id autem intendisse, facere praedictum Concilij Constantiensis decretum, vel ex eo constat, quod cum fidelibus indulsit vt possent participare cum his excommunicatis, nec tenerentur eos vitare in sacramentorum administratione, indulsit indirecè, & ex consequenti ipsis excommunicatis vt possent tunc licitè ministrare. Non enim stat me non teneri vitare hunc excommunicatum: & ipsum peccare mecum participando. Quare dum di-

citur in praedicto decreto non releuari per illum excommunicatum, debet intelligi, directè, & ex intentione: secus indirecè, & quatenus est necessarium, vt fideles tute & plene possint frui privilegio participandi cum ipso excommunicato. Nec conferere dicere praedictum decretum concessisse administrationem, & receptionem sacramentorum: contrahere matrimonium cum excommunicato, non est recipere ab ipso sacramentum, sed participare in administrando, & recipiendo simul cum ipso excommunicato sacramentum. Quod illicitum videretur, nec concessum in praedicto decreto. Alias liceret mihi inducere praedictū excommunicatum, vt simul mecum interesset sacro, aut ministraret alijs Eucharistiam. Sed respondetur contrahere matrimonium cum excommunicato, verè esse recipere ab illo sacramentum, & in receptione cum illo participare: quod in praedicto decreto indulgetur. Quia utique contrahens verè ministrat, & recipit matrimonij sacramentum. Sed tandem dices, saltem peccare mortaliter contrahentem matrimonium cum ipso excommunicato, quādo ipse excommunicatus praeniret contrahentem, quo casu manifestum est eum esse reum culpae moralis: ac subinde eiusdem culpae particeps erit, qui cum ipso contrahit, tanquam cooperens peccato. Sed respondeo nec in hoc casu peccare contrahentem cum eo excommunicato. Quia non ratione excommunicationis: ea enim dum denunciata non est, nec ex notoria clerici percussione orta, minimè astringit fideles vt excommunicatum vitent. Non etiam ratione cooperationis peccato. Quippe vtens malitia alterius peccati, vt sua vtilitati consulat, quādo alter bene potest exequi, minimè censetur cooperari. Sicut contraria sententia communis fatetur, recipientem sacramenta ab excommunicato non denunciato, nec notorio clerici percussore, parato conferre, minimè delinquere, nec cooperari: quādo sibi valde vtile est. Atque omnes fatentur recipientem nummos ad vsuram ab vsurario parato, non esse participem culpae, conferentis vsurarij: quādo ijs indiget. At praenirens ab excommunicato vt secum ineat matrimonium, non inducit ad peccatum indignae susceptionis excommunicati, qui si vult, potest absolutionem obtinere, sed solum vitare iure suo, & malitia alterius, vt suae consulat contra-

hedi necessitate. At si excommunicatus ab solutione obtinere non possit, tunc nullo modo liceat eum illo tunc contrahere, quia non potest excommunicatus licite facere.

9 Hinc infertur duplicem esse culpam lethalem, contrahere matrimonium cum excommunicato denunciato, vel notorio clerici percussore, quando ipsum inducit hic contrahens: Alteram, contra prohibitionem Ecclesie vitandi predictum excommunicatum, quae in re diuina, & sacramentis obligat sub mortali (vt dixi, nu. 6.) Alteram vero scandali, eoque quod inducat sic excommunicatum ad peccatum mortale patrandum. Erit autem necessarium utramque in confessione detegere. Quia explicata participatione in sacramento, non declaratur in ductio: potuit enim illa absque hac esse: nec explicata inductione detegitur participatio, sed voluntas participandi: qua suo effectu defraudari valuit. Quando autem non inducit, vnicum est peccatum contra prohibitionem Ecclesie participandi cum excommunicato. Quia ea seclusa non esset peccatum, nec cooperatio, vt dixi nu. praecedenti, in fine.

10 Secundum infertur nullam esse culpam contrahere matrimonium cum excommunicato minori ligato, nondum denunciato. Quia si hic contrahens inducat illum, non peccat inducens, nec inducens contrahens, sicut, nu. 8. dixi de excommunicatione maiori ligato. A fortiori enim procedet in excommunicatione minori. Praesertim, quia decretum Concilii Constantiensis participationem in sacramentis cum affectu qualibet censura nondum denunciata indultit: at excommunicatio minor est censura. Quod si non inducat alter, peccabit ipse ligatus excommunicatione minori, inies matrimonium (vt nu. 5. probauit.) At contrahens cum ipso minimè peccabit (vt de ligato excommunicatione maiori, probauit, nu. 8. fine. At si affectus excommunicatione minori, esset denunciatus (quod nunquam fieri solet) si alter inducit, peccabit hic lethaliter peccato scandali. Quippe inducit ad peccatum lethale. Cum in hoc euentu, nullo privilegio gaudeat inducens decreti Concilii Constantiensis. Non tamen erit plus quam vnicum peccatum mortale. Quia censura excommunicationis minoris non priuat fideles participatione cum tali excommunicato. Si verò non inducat, nullam culpam admittet contrahens cum illo. Nam non est culpa cooperationis (vt

probauit, nu. 8. fine.) Nec etiam contra preceptum Ecclesie participandi cum predicto excommunicato. Quia id preceptum non est, sed cum solo excommunicato maiori ligato.

Forfan rogabis quid dicendum sit, quando vterque contrahens est excommunicatus? Et quidem tripliciter id contingere potest: aut enim vterque est toleratus, quia neuter est denunciatus; nec notorius clerici percussor: aut vterque non est toleratus, quia ambo sunt denunciati, vel notorii clerici percussores: aut alter est ex his, alter verò non, sed toleratus. In primo casu, quando scilicet, vterque est toleratus, praueiens alterum vt secum contrahat, semper delinquit lethaliter, siue maiori, siue minori excommunicatione teneatur, non quidem contra censuram alterius. Quia cum ea sit adhuc tolerata, non obligat praueientem ad vitandum, sed solum peccat contra propriam; quae ipsi interdicit participare cum quocumque: etiam non excommunicato, dum ab ipso non praueinitur: & recipere sacramentum. Quod si sit excommunicatio minor, prohibet eam solum receptionem sacramenti sub mortali, non verò participationem. Praueiens autem non peccat. Quod propria censura tolerata non vetat participare in sacramento recipiendo, praueientem altero: nec id fit cooperari peccato praueientis, vt late explicui, num. 8. Quod si obijcias, diuersum esse, quando non excommunicatus praueinit excommunicatum toleratum; & quando excommunicatus toleratus eundem praueinit. Quippe non excommunicatus habet praueiendi ius, quo caret excommunicatus, vt ipse qui praueinit do peccat. Ergo licet praueinat excommunicatus non excusatur alter excommunicatus correspondens. Dic non habere illum ius ex parte propriae censurae; atque ita contra illam delinquere: habere tamen ex parte censurae alterius; & proinde illius violatorem minime esse ipsum, nec inducendum correspondentem. In secundo casu, quando vterque est non toleratus, tunc inducens peccat peccato inductionis ad scelera per inductum admittenda: & indignè receptionis sacramenti, cum peccato lethali, & censura; participationis in sacramento cum altero, contra vtriusque id interdicens censuram. Quae omnia peccata satis explicantur in confessione hoc verbo. Cum essem excommunicatus non toleratus iniui matrimonium cum excommunicato non tole-

rato, ipsum inducens. Inductus autem obnoxius est culpae lethali receptionis sacramenti cum censura, & lethali, participationis in re sacra contra propriam, & alienam censuram. Quod si vterque contrahens sola excommunicatione minori denunciata affectus sit: peccat inducens lethaliter, quatenus inducit ad mortale: & quia recipit sacramentum propria censura sibi interdictum, & cum peccato mortali, quo infectus est ratione praue voluntatis recipiendi indignè sacramentum. Quae omnia peccata inducens quoque patrat, dempta inductione. Neuter autem subiacet peccato mutuae participationis in sacramento, quia excommunicatio minor hac non priuat. In tertio casu, nempe, quando alter est excommunicatus toleratus, alter verò non toleratus: si toleratus inducat, peccat quia inducit, & participat in re sacra contra propriam, & alienam censuram (propria enim licet tolerata ipsum priuat participatione, dum ab altero non praueinitur); & indignè recipit sacramentum cum censura, & peccato lethali. Eisdemque peccatis inductus, tenetur, praeter inductionem, & participationem in re sacra contra alienam censuram. Quippe sola propria ipsi interdicit eam participationem: aliena enim cum tolerata sit, solum ipsummet ea ligatum, ab alteri participatione abstinere obligat. Quod si non toleratus toleratum inducat, peccat inducens, & indignè recipiens sacramentum, peccato lethali, & censura irretitus: & tandem participans in re sacra contra propriam solum censuram. Quia censura alterius tolerata non excludit a participatione. At inductus peccat participans in re sacra contra alterius censuram non toleratam, & recipiens sacramentum in lethali. Contra propriam verò censuram nullo modo peccat, quia inducitur, & sua censura tolerata est; quod constat ex dictis, nu. 8. Tandem si vterque sit in excommunicatione minori, & alter solus denunciatus sit, si hic denunciatus inducat, peccat solo peccato indignè receptionis sacramenti contra propriam censuram; & quod sacramentum recipiat in peccato lethali, in quo est ratione illius praue voluntatis, non autem admittit peccatum inductionis, quia inductus non peccat, vt probauit num. 9. Quod si non denunciatus inducat, peccat lethaliter inducens alterum ad lethale, quod alter committit: & recipiens sacramentum in excommunicatione, & peccato mortali existens: quod ratione indu-

ctionis, & praue voluntatis recipiendi indignè sacramentum admittit.

De sponsalibus etiam est difficultas, nisi possit excommunicatio excommunicatione maiori ea contrahere: Nam Paludanus, 4. d. 26. q. 2. ar. 2. conclus. 2. nu. 9. tanquam manifestum supponit non posse absque culpa lethali iuramentum praestitum, sponsalia contrahere. Quod id sit immiscere de diuinitate sicut ei non liceat quemcumque alium contra iuramento saltem solemnem, iniure. Et tanquam verius amplectitur interdicta illi esse sponsalia ipsa absque iuramento, sola nuda promissione contracta. Cui enim interdicitur matrimonium, pariter interdicitur omne id per quod peruenitur ad illud. Latio. ff. de sponsalibus. Praeterea, quia sponsalia tanquam initium matrimonij sunt sacramentalia, ac proinde res diuina, & spiritualis. Atque ita deo vocat sacramentalia. D. Thom. 4. d. 27. q. 2. ar. 1. ad. 6. Et idem Palud. nu. 10. concedit, posse excommunicatione minori nullam, contrahere sponsalia. Ceterum nullam culpam agnoscit in sponsalibus contrahendis, ab excommunicatione, quae cumque ligato, praeter solum veniale participationis cum altero in contractu humano, casu quo cetera participationes in humanis culpam inducerent: & hoc, quatenus sponsalia iuramento firmata sunt. Duorum, quoniam, minime interdicitur iuramentum extra iudicium excommunicato. Nec sponsalia liquidè sanctitatis continent, aut aliquid spirituale sonant, sed dicuntur quodammodo sacramentalia: quod initium sacramenti sunt (vt dixi lib. 1. disp. 1. num. 8.) Nec interdicitur illis, interdicitur id per quod peruenitur ad illud, quando diuersa est in vtroque ratio. Quod hic contingit: nam matrimonium eo quod sit sacramentum, prohibetur excommunicato: at sponsalia nec sunt sacramentum, nec quid spirituale continent.

Benedictionem autem nuptialem non posse conferri ligato excommunicatione maiori certum est. Atque ita affirmant Hieronimus, c. significati, nu. 2. de eo qui duxit in matrimonium Palud. 4. d. 26. q. 2. ar. 2. conclus. 2. nu. 9. V. gollinus de censuris, tabula. 2. de excommunicatione c. 7. §. 2. nu. 2. Subditque Paludanus esse peccatum mortale eam recipere, sicut audire Missam. Quia vtrumque est sacramentale. Ceterum quantum ad eorum sit esse peccatum mortale, & ratione qua interest excommunicato Missae, & officio diuini benedictionum: atque in re sacra participare eum

alij assistentibus: at quatenus recipit eas benedictiones; culpam mortalem non videtur. Quia excommunicatus non exclusus est à sacramentalibus quibuscumque, vt à assumptione aquæ benedictæ: nisi dicas benedictiones illas esse preces nomine Ecclesie factas pro sponsis qui benedicuntur. At excommunicatus est exclusus ab ijs precibus: Atq; ob hanc rationem fateor quoque esse mortale in excommunicatione tali benedici: non autem eò quòd sacramentalia sint. Quòd si excommunicatio minor sit, nulla est culpa benedictiones recipere, quia sola sacramentorum receptione priuatur. Et id fateatur ipsemet Palud. ca. q. 2. art. 2. concl. 3. nu. 10. sine.

14 Ex dictis infertur, teneri excommunicatum siue maiori, siue minori, præmittente matrimonij contractui absolutionem ab excommunicatione, casu quo esset mortale cum illa contrahere, iuxta dicta. At confessionem sacramentalem non tenetur præmittere, quâvis peccato lethali sit prædictus, vt beate docent Veracruz appendicæ ad speculum, dubio. 13. concl. 2. Maius in eodem summo 2. editione. capit. 24. numer. 1. Atq; Tridentinum sess. 24. de matrim. cap. 1. solum hortatur ad confessionem, & communionem præmittendâ. Et nemo hoc negat. Quia solum Eucharistie sacramentum præmitti confessionem mortaliu delictorum postulari cætera autem solum confessionem; vel attritionem bona-

fide contritionem estimatam, quòd dignè recipiantur. Si autem iam matrimonij initium sit, nulla est culpa suscipere benedictiones in mortali. Quia eæ non sunt sacramentalia.

15 Tandem suspensus etiam generaliter si solis minoribus ordinibus initiatus sit, nullo modo peccat matrimonium iniens, aut benedictiones suscipiens. Quippe suspensio est propria clericorum pena, quæ ab actibus ordinis proprijs, aut à beneficio suspenduntur. Quare licet esset suspensus ab Ecclesia ingressu, posset in ea benedictiones recipere. Nam non est sibi interdictus ingressus Ecclesie vt laico; sed vt clerico. Quare posset in ea audire diuina; & officere, quod quid laico fieret. Sic docet Palud. 4. dist. 2. q. 2. art. 2. conclusio. 4. numer. 11. Quòd si non suspensus esset, sed illi interdiceret ingressus Ecclesie, non posset intra Ecclesiam benedictiones recipere. Quia interdictum est centima communis laicjs, & clericis: posset tamen extra Ecclesiam eas recipere. Quia nullus actus extra Ecclesiam gestus, per id interdictum prohibetur, vt à contrario sensu colligitur ex cap. is cui, de sent. excom. in. 6. Et docet ibi Glossa verbi in ea, ab vniuersis Doctoribus recepta.

16 Ad argumentum. nu. 1. propositum, die excommunicatos esse in capris licetè recipiendi sacramenta: recepta valida esse. Argumentis nu. 7. obiectis satisfecit. nu. 8.

DISPUTATIO DECIMA.

An Catechismus matrimonium impediat in eundum?

S. V. M. M. A. R. I. V. M.
 Quid sit Catechismus.
 An tenens in Catechismo contrahat cognitionem dirimentem, an solam impediat matrimonium.
 Oportet vt tenens sit in toto Catechismo, nec in parte.
 Oportet ad id respondere: ad interrogata circa fidem, nu. 1.
 An dicitur hanc cognitionem per exorcismum?
 Ad quos gradus hęc cognatio iure antiquo extendebatur, nu. 6.
 An etiam ex Catechismo subsequenti baptisimo dicitur Catechismus simul esse etiam

baptismo? Vel vt fiat Catechismus sine baptismo?
 Et quando id est patrinus versus quædam, contrahatur duplex cognatio nu. 8.
 An contrahatur cognatio ex Catechismo, licet postea baptisimus non sequatur?
 Cognatio hęc an sit restricta per Tridentinum, in istar cognationis ortu ex baptismo?
 Et contrahens, an limitans mensuram, corrigi, & limitat rem mensuram.
 Et vitium duplex ex vna radice ortum tollit vna lege, nu. 10.
 An sit sublata cognatio Catechismi per Tridentinum?
 An teneatur Patribus in libro amatorum patrinum in solo Catechismo inuentione

puero

puero iam domi baptizato numer. 13.
 Soluantur argumenta, nu. 12.

17 **R**emittendum est quid sit catechismus. Est instructio fidei quæ fit ante ianuam Ecclesie super baptizando: diciturq; sic à catechizo, id est, instruo. De quo habetur. c. ante baptismum, de consecr. d. 4. Ita docent Angelus, Syl. & reliqui summarum auctores verb. catechismus, statim in principio.

2 Secundo supponendum est, eum qui tenet puerum in catechismo, contrahere cognitionem spirituale imperfectam, impedientem quidem, sed non dirimentem matrimonium. Habetur expresse. c. 2. de cognat. spirit. in. 6. & c. contracto, de cognat. spirit. Ratio autem huius ea est, iuxta D. Tho. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. ad 3. Durand. ibi. q. 1. ar. 2. nu. 8. Ricard. ar. 1. q. 2. Quòd catechismus sit quædam futuri baptismi professio, eiusq; initium, & est quædam regeneratio imperfecta per fidem, quam protestatur patrinus pro paruulo: sicut sponsalia sunt quoddam matrimonij initium. Quare sicut in his contrahitur quidam gradus propinquitas imperfecta: ita in illa quædam cognatio spiritualis imperfecta. Quare audiendus non est Hugo, qui. c. peruenit, 3. o. q. 1. docet dirimere quoq; matrimonium, per illum textum. Qui id minime probat: nec hodie est de hac re controuersia, cum clarè textibus citatis decidatur nõ esse impedimentum dirimens. Nec similiter fides habenda est Soto. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. col. 4. vers. v. gentius autem, vbi tanquam re dubiam asserit catechismum impedire matrimonium, quia (inquit) Bonifacius. 8. c. 2. de cognat. spirit. in. 6. non asseruit hoc impedimentum: sed id collegit ex c. contracto, de cognat. spirit. vbi Clemens. 3. non id clarè decidit, sed tantum dicit catechismum vix asserere impedimentum matrimonio. Quæ verba potius sunt dubitantis, quàm asserentis. Quare cum collectio non sit clara, nec etiam decisio certa erit. Sed vniuersi Doctores tanquam certum statuunt hoc impedimentum. Quippe verba ea. c. contracto, quæ non ita clarè decedebant esse impedimentum, explicuit Bonifacius. 8. d. c. 2. vt verè statuierint per catechismi cognitionem impediri, non tamen dirimi matrimonium, vnde iam de hoc dubitandum minime est.

3 Oportet tamen vt is patrinus in toto catechismo teneat, vt hanc cognitionem cõ-

trahat, vt bene docet glossa. c. contracto, de cognat. spirit. in fine.

4 Nec satis est tenere in catechismo, sed is contrahit hanc cognitionem, qui infantis personam gerit, respondens ad fidei interrogata, dñ sacerdos rogat, an credat. Quare sicut in baptismo hæc cognatio spiritualis contrahitur per elevationem pueri de sacro fonte: ita in catechismo per professionem illam fidei nomine infantis factâ. Catechismus enim est quædam fidei instructio (vt nu. 1. diximus.) Sic docent Veracruz. 1. p. speculi, art. 22. dubio. 4. concl. 2. Palacios 4. d. 42. disp. vnica, col. 31. fol. 928.

5 Hinc deducitur recedendum esse à Paludano. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. nu. 7. dicenti ex exorcismo cognitionem hæc oriri. Quia c. peruenit. 3. o. q. 1. sic ait, Deus dedit Pontifex. A primo pabulo sacri fidei vsq; ad confirmationem per christum, nullus Christianus suam commatrem in coniugium suscipere debet. Sed dicendum est per solum catechismum contrahi. Quia textus nu. 2. allegati de solo eomentionem faciunt. Nec obstat id. c. peruenit, quia (vt bene ait Durandus statim eam gaudus) ea verba copulatiuè, & non disiunctiuè accipienda sunt: ita vt per omnia illa cõtrahatur cognatio, sed quasi initium summat in ipso exorcismo. Atq; ita tenent D. Thom. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. corp. & ibi Dur. q. 1. ar. 2. nu. 7. Palacios ibi, disp. vnica, col. 31. fol. 928. Quandus ibi, disput. vnica, propositione. 7. Veracruz. 1. p. speculi, art. 22. dubio. 3. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, glossa. 1. nu. 149. Enriquez lib. 2. de baptisimo. c. 15. nu. 4. in commento, littera. K. & lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 1. commento, littera. M. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 4. 6. §. penultimo, sine.

6 Extendebatur autè hæc catechismi cognatio, attentò iure antiquo, ad eosdè personas, ad quas cognatio ex baptismo orta, & ad eosdè gradus. Quanus enim. c. 2. de cognat. spirit. in. 6. & c. contracto, de cognat. spirit. vbi hæc cognatio statuitur, nulla grauius, aut personam aut quæ extenditur, mentio fiat: quia oritur hæc cognatio, eò quòd catechismus sit quoddam baptismi initium, & cognationis spiritualis perfectæ ex illo orta, inde est vt per illam metienda sit, ad eosdè gradus gradus vtraq; trahèda veniat. Sic Nauar. summa. c. 22. n. 72. Maiolus lib. 3. de irregul. c. 25. num. 14. §. Catechismus. Idq; supponit vniuersi Doctores. nu. 10. allegati, dicentes restrictâ esse per Tridentinum instar cognationis ex baptismo orta.

Qui-